

alii. Sanè Chrysostomus juramentum illud Saülis opus esse dicit diaboli, qui illa regis adjuratione laqueos toti populo obiectos esse dicit; unde orta sunt incommoda plurima, non solum ut lassus et exanimatus populus hostem fugientem persequi non posset, et uno fortassè die negotium illud Palæstinum absolvere, sed etiam ut inde multorum peccatorum fieret sementis. Cum enim populus diuturnam famem sustinere non posset, neque extrahendi esse animalibus, quæ capta fuerant, sanguinis esset opportunitas, contra quam lex statuebat antiqua, cum sanguine comedit. Et eò rem deduxit, ut Jonathas paternam adjurationem violaret, et in ipsius caput decretum jam esset à patre capitale supplicium. Lege Homil. 14 ad populum Antiochenum, ubi multa dicit Chrysostomus suo ingenio et christianâ pietate digna.

In posteriore ego partem magis inclinam, non solum ut stultè egerit Saül, sed etiam sceleratè, ut latè Chrysostomus. Et hunc errorem, qui sanè levis non fuit, inde natum existimo, quòd cum Deum expectare esset aggressus, illius tamen non expectavit responsum, quòd aliquid habet inurbane ejusdam impietatis, quasi tempus illud periret, quòd religiosa illa et quodammodò necessaria consultatio consumeret. Quid si idèò Deus secundo loco non respondit, quòd priori ipsius oraculo neque æstimatum, ut par erat, neque expectatum fuit? Sed alia ratio redditur postea, quia Jonathas contra parentis edictum de melle gustavit. De quo suo loco. Nunc illud explorandum, quomodò si stultè, atque adeò si sceleratè Saül jejunium indixit toti populo, illud probavit Deus, dum per sortes violatæ adjurationis reum manifestavit.

Hujus ergo rationis vim, quæ sanè infirma non est, sic videor diluere aut infirmare posse. Primum, ut in principio regis administrationis disceret populus subditus parendum esse regi, etiamsi durum videatur, et minus rerum articulo opportunum imperium. Quòd supra ostendimus cap. 15, ad illud: *Quod si non fecisses, jam Dominus preparasset regnum.* Ubi diximus prima peccata, quæ admissa fuere contra legem, severius quam alia fuisse punita. Item ut hinc discerent homines, quanta sit vis anathematis aut maledictionis quæ est à superiore potestate, quæ licet sit injusta, timenda tamen est. Videmus enim aliquando et legitime sæpè parentum execrationes innocentibus filiis fuisse valèdè noxias. Et excommunicatio,

quæ anathema quoddam est et execratio, hinc etiam rebus quæ culpæ sunt expertes et incapaces, grave inferunt vulnus. Notum est, propter ejusmodi Ecclesiæ minas et execrationes consensisse arbores, aruisse ægætes, extinctas esse aut fugatas locustas. Hanc autem Saülis execrationem *anathema* vocat Theodoretus, q. 52, cui subscribit Procopius, et docet hoc exemplo anathema, licet injustum, esse metuendum. Vel certè, ut ostenderet Deus nimis futurum esse verum, quòd per Samuelem ante prædixerat, durum fore regnum, et tyrannidi proximum, quòd filii Israël rejectis iudicibus elegerunt, cum nunc audiant severum et stultum edictum, quòd laborare jubet et abstinere à cibo; quòd, credo, ad illud usque tempus nunquam aut fecit, aut cogitavit tyrannus. Sed putò idèò permisisse Deum, ut Jonathas, per quem populum nuper à periculo et metu liberaverat, et gustaret de melle, et per sortes capitis proderetur reus, ut eo modo stultitiam et peccatum patris acerbo dolore et inopinato interitu puniret. Facilè enim quisque ex se ipso conjectare potest, quò futurus esset animo Saül, cum suo decreto daturus esset nec filium, et multis nominibus ante dilectum, et recente nunc victoriâ gloriosum, quique magno et populo usui, et suo regno in posterum incremento futurus videbatur. Quòd si Deus puniri vellet Jonatham, et non potius patrem expectatione domesticæ cædis, non tam faciliè Jonathas populi studio à paterno gladio foret ereptus. Hanc videtur rationem reddere Chrysostomus Homil. 14 ad populum, licet paulò obscurius: loquitur enim de diabolo, qui hujus adjurationis auctor fuit, qui parentem filii morte gravi dolore compungere et contristare voluit. « Nisi filii mortè, inquit, regis dextram collueret, fecisse se nihil magnum arbitraretur. Et quid dico, filii eadem? ExcoGITAVIT enim sceleratus ille et hinc rusticus profanioris rem moliri eadem. Si enim sciens peccasset et Jonathas, et jugulatus fuisset, filii eades tantum id erat; nunc enim ex ignominia prævaricatus (nec enim audivit juramenta), deinde interfectus duplicem patri dolorem effecisset; filium enim, et filium qui nihil peccaverat, immolaturus erat. »

VERS. 25. — OMNIBUS TERRÆ VAGIUS VENIT IN SALTUM IN QUO ERAT MEL SUPER FACIEM AGRÏ (1).

(1) « La terre couverte de miel a paru, dit Voltaire, une trop grande exagération; les abeilles ne font leurs ruches que dans les creux des arbres. Les voyageurs assurent

Mira amplificatio est et regis severitatis et mandati à quo omnis aberat et amantis patris providentia, et ratio moderata, et utilis consilium. Multò manè militis cum à speculatoribus admoniti sunt, ad prælium se quamprimum accingunt; quare eorum multi jejunii ad hostiles acies progressi sunt, neque eorum pauci fuerunt, imò fortassè omnes, cum eodem tempore edictum omnibus fuerit, ut ad hostes advolarent, et indictum jejunium. Deinde eibus ultrò se famelicis offerebat: cum enim tota terra promissionis melle abundet, unde exepè dicitur lacte et melle manare, ille tamen saltus, per quem populus insequabatur palantes hostes, plenus erat melle. In cavis enim arborum truncis, aut in petrarum scissuris, aut in ipsis etiam terre cavernis passim familiares illi regioni apes favos fingebant, qui redundantes stillant melle, illudque latè variè diffundunt. Quòd etiam nos interdum in Hispaniâ videmus in sylvestribus ac confragosis locis, ad quorum radices mellis rivi copiosi decurrunt. Quare sine nullo labore aut temporis dispendio parari

« qu'il n'y a aucun arbre dans cette partie de la Palestine, excepté quelques oliviers dans lesquels les abeilles ne logent jamais. » Il est fâcheux pour les admirateurs de Voltaire que ce fameux critique de nos livres saints ne soit pas plus fondé dans ses observations d'histoire naturelle que dans sa connaissance de la géographie de la Palestine. Virgile lui aurait appris qu'on trouve des ruches d'abeilles dans les creux des rochers. Hésiode et Aristote en disent avant. Sanctius et Maldonat se donnent pour témoins oculaires du même fait; ils ajoutent qu'en Espagne on voit couler au pied des rochers des ruisseaux abondants de miel, et que les paysans d'Andalousie gagnent leur vie à le recueillir dans les forêts. Enfin les voyageurs modernes disent précisément tout le contraire de ce qu'il leur prête. Ils nous montrent non seulement des oliviers, mais des térébinthes, des sycomores, de beaux arbres, des bois épais, précisément sur la frontière des Philistins.

Saül voulait faire mourir son fils Jonathas pour avoir transgressé par ignorance la défense inconsidérée et imprudente que son père avait faite avec serment de ne rien manger jusqu'au soir. Personne, que nous sachions, n'a approuvé Saül en cette occasion. Mais le critique transforme en un sacrifice cette peine prononcée mal à propos. « Les savants, dit-il, allèguent encore cet exemple pour prouver qu'il était très-commun d'immoler des hommes à Dieu. » Il en est en effet ne serait plus commun si toute exécution à mort était un sacrifice, et nous serions tous les jours témoins et complices de sacrifices humains. Le prononcé de Saül contre Jonathas fut une sentence de mort injuste. Aussi le peuple s'opposa à cet acte de cruauté. (Duclos.)

mensa poterat, cum ultrò eibus ipse paratum occurreret.

Ille magnum Chrysostomus agnoscit animi obsequens exemplum, cum tantus populus, tanquæ fame laborans à cibo abstineret obvio, ne quòd acceperat mandatum à rege, quantumcumque stultum et inutile, violaret, et quàm callidè diabolus ad illam adjurationem regem impulerit, ut major populo adesset peccandi et gravior occasio. Ex uno juramento diabolum in Saule multa dicit composuisse et texnisse perjurâ. « Aspicite, inquit, qualis ex hoc juramento laqueus exoritur. Sylvam præteribat exercitus favum habentem, et favum ante faciem populi; et ingressus est populus ad avum, et transibat loquens. Vidisti quantam vorago? Mensa temporanea, ut accedendi facilitas, et nutrimenti suavitas, et latendi spes in juramenti prævaricationem ipsos alliceret. Nam fames, et labor, et tempus: Omnis enim, inquit, terra grandæbat (ita videtur legisse Chrysostomus, sicut etiam Tertullianus contra Psychicos cap. 10), tunc ad prævaricationem impellebat. Favorum quoque aspectus intentionem solvens extrinsecus ipsos invitabat. Mensæ etenim tum jucunditas, tum facilis apparatus, et deprehendendi furi difficultas omnem sapientiam fallere poterant: si nempe carnes fuissent, quas elixare vel torrere oportebat, non tantum ipsorum animos allexissent, cum in ipsis coquendis et ad escam præparandis cessaret et tardaret, et deprehendi expectare oporteret; nunc verò nihil erat tale, sed mel solum, ubi occupationis nullius talis opus erat. Sufficere autem summum digitum intingentem nutrimenti partem capere, et latere; verumtamen illi cupiditatem continuerunt, nec intra se dixerunt: Quid autem nobis cura est? numquid enim quisquam nostrum objuravit? Ille inconsideratorum penas dabit juramentorum. Quare namque jurabat? Sed nihil hujusmodi cogitabant, sed cum multa transibat reverentia: et cum tot essent ipsos allicentia, disciplinam servabant, et transibat populus loquens. Quid est, transibat loquens? Dolorem verbis consolantes inter sese loquebantur. » Hæc Chrysostomus, ubi constantis obedientie et cæcæ spectari licet illud documentum. Adde tu eodem tempore jam populum animo delictæ præ lassitudine et fame. Nam, v. 28, cum Jonathas de melle gustavit, additur: *Defecavit autem populus.*

VERS. 27. — EXTENDIT SUMMITATEM VIRGÆ. Conjunxerat sese Jonathas cum parente, cumque his qui victoriam persequantur et hostilem fugam, et ut alii pedes gradiebantur, quod verisimile facti loci natura contrafraga et aspera, sic etiam credo illorum cursum peditem quoque Jonatham comitatum fuisse. Porrò virga, quam gestabat manu, aut erat hasta, quam portabat, ut bellator et miles, aut sceptrum, seu baculus, quem ut dux exercitûs de more ferebat in manu.

ET ILLUMINATI SUNT OCULI EÛS. Mihi dubium non est, ex inediâ ac lassitudine offandi tenebras languentibus oculis: ita experientia docet quotidiana. Novi ego hominem cui inedia et immoderatum jejunium oculis videndi facultatem ademerant, cui sumptus cibis animi visumque restituit; quod millies aliis accidisse audio. Et hoc ipsum ait sibi contigisse Jonathas, v. 29, ubi sic Jonathas: *Vidistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustaverim paululum de melle.* De cœtate atque hebetudine corporeæ esse intelligenda tenent communiter alii, Abulensis, Cajetanus, Hugo et Interlinearis. Fortasse hæc hyperbolica exaggeratio est magæ fames. Ut enim cum aliquis diu abstinet à cibo, et fame laborat gravi, mortuus dicitur, ut enectus fame, in omni, ut reor, lingua, sic etiam quia mortuorum in funere, piâque legitima cœremoniâ clauduntur oculi, fit, ut clausos aliquem oculos habere, idem sit quòd mortuum esse. Quare cum quis dicitur oculos habere illuminatos aut apertos, aut, quod idem est, videre, ille vivere dicitur. Erit igitur sensus: Cùm prius enectus essem fame, et mors oculos premeret, ecce gustato melle, jam vivere incipio; ecce quomodò apertos oculis jam video, quod opus viventis est.

Neque hæc explicatio mihi displicet. Sunt qui hæc mysticè accipiunt. In his sunt Beda, Rabanus, Angelomus, Eucherius. Audi Bedam Quest. in l. 4 Reg. c. 6: «Illuminati sunt oculi Jonathæ, non utique ad videndum «illuminati, quia ante videbat, sed ad discernendum, quia verita tetigerat. Tunc enim casus ille, sicut et Adam, fecit attentum et reddidit confusum. Quo facto admonemur omnes illecebras voluptatum in seculo debere continere eum qui Deo nititur militare. Nam non potest contra Aphophylas spirituales, id est, adversus principes tenebrarum harum viribus armisque pugnare, qui adiacet hujus mundi negligit dulcedinem «declinare. Mel enim destillant labia meretri-

«cis, quod est delectatio voluptatis carnalis.» Eadem aliorum sunt verba (1).

VERS. 52. — ET MACTAVERT IN TERRA, CO MEDITQUE POPULUS CEM SANGINE. Mitto quid, Hieronymo teste, de hoc populi peccato tradant Hebræi; longè enim illi errant à scopo, quem se tetigisse putant. Dicunt enim idèò peccasse milites, quia comedere carnes ante vespertinum sacrificium pro illis oblatum non licebat, aut quia non obtulerunt sacerdotibus adipem et sanguinem. Adducunt frigidum nescio quid ex Deut. cap. 12, quod nihil illorum cogitationi favet. Miror hanc Hebræorum expositionem placuisse Rabano, et ex parte Angelomo et Hugoni. Ego nullum hic aliud peccatum interessisse video, quàm populum comedissem cum sanguine, quod ne fieret, cautum est legi. Gen. 9, v. 4: *Carnem cum sanguine ne comeditis.* Idem Levit. c. 17, v. 14, Deuter. 12. Cùmque commodè sanguis ex animali exprimi non posset, si in terrâ aut æquo loco jugularetur animal, aut lapis erigebatur, ut fecit hoc loco Saül, aut sublimior aliquis locus, ut pendente animalis jugulo, et exsuperiori loco defluente sanguine, carnes ab illo plene deperate adhiberentur in cibum. Sed urgebat fames, quæ non tantum populo permisit spatium, ut tumulum erigeret, ubi cederetur bos, aut aries, et exsangue fieret animal, juxta legis præscriptum. Nonnulli verò de populo, qui legis magis erant studiosi et amantes, ad regem deferunt conculcari patrias leges, et non expresso ex animalis sanguine parari cibos. Tunc rex prægrandem jubet lapidem excitari, ad quem omnes deferrent, quod sumperunt è prædâ, ut legitime jugulent et legitime comedant. Hoc regis mandatum satis docet, in quo peccatum sit à populo (2).

(1) VERS. 29. — TURBAVIT PATER MEUS TERRAM; turbavit omnes, injuriam intulit regioni irrepabili. Sinceros animi sensus exprimit Jonathas, cui tamen patris nomen ac dignitas, regalisque dignitas verenda erat. Jussione principis polam arguere non licet.

VERS. 51. — A MACINIS USQUE IN AIALON. Aialon sita erat in tribu Dan, circa fines Philistæorum; abesse autem poterat à Machinis, tribus vel quatuor leucis. (Calmet.)

(2) VERS. 55. — VOLVITE AD ME NUNC SAXUM GRANDE. Jussit Saül, ait Abulensis, ut elevaretur magnus lapis super quem occiderentur omnia animalia, à militibus comedenda, ut ex eo pendente capite cujuscumque jugulati pecoris, sanguis universus statim efflueret; prius autem in terrâ planâ illa jugulabant, ubi sanguis agrè, nec nisi lentè tardèque efflueret poterat, quod ipsi præ festinatione et fame expectare nequibant. Ita Cajet. (Corn. à Lap.)

VERS. 55. — ÆDIFICAVIT AUTEM SAUL ALTARE DOMINO (1); TUNC PRIMUM COEPIT ÆDIFICARE ALTARE DOMINO. Cur ædificare voluerit Saül altare illud, Scriptura non tradit, sed est verisimile, ibi offerre voluisse sacrificia pacifica pro re feliciter gestâ, et ut in posterum benè res cederet cum hoste Palæstino, et ut Deum, quod statim tentavit, de reliquo consuleret, cùm sacerdotem haberet secum, et fortassè arcam, quam fuisse in Hebræorum castris nuper ostendimus. At certè, ut optimè conjectat Abulensis, q. 28, ut illius victoriæ tante tamque insperate statueret aliquod illustre monumentum. Sicut in casu non dissimili, c. 7, fecit Samuel, qui lapidem statuit, quem lapidem Adjuvanti nominavit, eo in loco ad quem usque insectus est fugientes inimicos, et dixit: *Hæc usque auxiliatus est nobis Dominus.* Neque defuerunt Saüli antiqua majorum et illustria exempla, qui in successu non dissimili altaria construxerunt, quæ essent posteris oblati à Domino beneficii æterni monumento. Sic Moyses Exod. 17, v. 15, cùm Amalecitas bello superasset, *ædificavit altare, et vocavit nomen ejus, Dominus exaltatio mea.* Et ipse Saül cap. sequenti, cùm iterum Amalecitas subegisset, fornacem extruxit, in quo illius victoriæ æternam voluit conservari memoriam.

Cur primum dicitur hoc altare constructum à Saüle, cùm capite præcedenti legamus in altari alio ab eodem sacrificatum esse, quod tamen non ab alio videtur esse constructum, respondent alicui, idèò hoc altare vocari *primum*, quia tam altare quàm in eo oblata sacrificia placuere Domino; aliud verò in altarium numero atque ordine non censi, quia neque placavit Deum, neque quidquam obtulit, quod

(1) Altare verò erectum fertur super eundem lapidem, super quem populus victimas suas mactaverit, in quam interpretationem commodè reddi posset Hebræus: *Ædificavit altare Domino; coepit erigere lapidem hunc in altare Domino.* (Calmet.)

Ce fut là la première fois que Saül commença de bâtir un autel au Seigneur. Il semble que l'Écriture marque obliquement par ces paroles le peu de reconnaissance de Saül, qui ayant déjà reçu tant de grâces de Dieu, ne commença néanmoins qu'alors à lui bâtir un autel. L'ingratitude a perdu le premier ange dans le ciel et le premier homme sur la terre, et c'est elle encore qui fait périr ceux que Dieu avait comblés de ses bienfaits, et qui avaient paru long-temps dans une piété exécutive, « parce qu'elle fait mourir la racine de « la vertu », dit saint Bernard, et qu'elle sèche « la source de l'eau de la grâce qui ne coule « que sur les humbles. » (Sacy.)

illi foret gratum. Ita Glossa et Angelomus, et probat Lyra et Hugo. Hieronymus in Trad. hebr., ex quo etiam sumpsit Angelomus; idèò dicit tunc primum ædificatum esse altare, quia alia contra obedientiam ædificata sunt; quæ autem sunt ejusmodi, neque Deo placent, licet sacra sint sicut sacrificia, quæ exprobravit Samuel Saüli. Quod religiosi viris maxime commendatum oportet, quibus nihil est sacerum, neque ipsum quidem altare, si stet contra legitimum à superiore mandatum. Sed placet magis, quod Lyræ etiam atque Hugoni probatur magis, et tenent omninò Abulensis et Cajetanus, qui dicunt prius sacrificasse Saülem in altari non suâ, sed alienâ operâ constructo. Et quidem in Galgalis offerri à populo sacrificia vidimus supra, c. 14, v. 15. Unde nemo dubitabit ibidem ab aliis aras esse excitatas. Primum verò dicitur fuisse hoc altare, aliorum comparatione, quæ ædificata fuerunt à Saüle, quorum tamen Scriptura non meminit. Ita putat Abulensis.

VERS. 56. — ET AIT SACERDOS: ACCEDAMUS HUC AD DEUM. SACERDOS SUMMUS hic erat, qui prius à Deo responsa quaesierat, unde etiam suspicor ibi quoque fuisse arcam, quam, credo, sacerdos pro suâ religione ac munere non deseruisset. Hic ergo admonuit regem, ut antequàm belli illius persequerentur reliquias, Dei voluntatem et consilium explorarent. Quare adesse jubet populum ad aram excitatam à rege, aut certè ad arcam, ubi nunquam tunc esset (si fortè esset in castris), unde sumendum esset bellorum exordium. Et hoc extremum verius esse arbitror, quia ad illum locum sacerdos multitudinem advocat, ubi ipse erat, ut docet adverbium *huc*; sed sacerdos non videbatur recessurus ab arcâ. Applicuit autem ephod, sicut sacerdotibus erat familiare, neque ullum habuit à Domino responsum; unde suspicatus est rex aliquod esse in populo peccatum, quod solitum illam Dei familiaritatem impedit.

VERS. 58. — APPLICATE HUC UNVERSOS ANGULOS POPULI, ET SCOTITE, ET VIDEITE, PER QUEM ACCIDIT PECCATUM HOC HODIE. Diderat Saül ex casu Acham, de quo Josue 7, unius hominis peccatum totius exercitûs communem esse labem, neque sperari posse aliquid, quod futurum speraretur ex voto, nisi peccati reus foret sublatus è medio. Notum erat illud Dei verbum horribile, v. 12: *Non ero ultra vobiscum, donec coneratis eum, qui hujus sceleris reus est.* Et quemadmodum Josue totum popu-

lum divisit per tribus et familias, sic etiam Saul populum in unum locum advocatum distribuit, alio tamen modo: totam enim multitudinem in partem unam, se tamen ipsum et filium Jonatham separatim in alteram divisit, oravique Deum, ut sceleris auctorem proderet, si in sceleris ponam fuit, nullum esse reddidit ad interrogata responsum. Angui popularum dicuntur principes, ex proprio Hebraeorum idiomate, quia sicut anguli continent et sustentant domum, sic etiam principes et magistratus civitates. De hoc loquendi genere vide quid nos ad illud Isaia 50: *Cum occiderint turres* (1).

(1) Vers. 59. — VIXIT DOMINUS SALVATOR ISRAEL, QUAE SI PER JONATHAM FILIUM MEREI FACTUM EST (hoc Dei irati silentium), ANNOQUE RETRACTATIONE MORIETUR. Ita Rom., licet S. Greg. legat: *Sine retractatione morietur*, Hebr. est, *morie morietur*, id est, certo et infallibiliter morietur. Chald., *occidendo occidetur*, id est, sine remissione certo occidetur. Culpat hoc Saulis juramentum S. Chrysost. hom. 14 citat, ut temerarium et parricidiale, ideoque à diabolo suggestum, utpote qui enim in fili tantumque innocentis eadem impelleret: e El pater, e inquit, factus est filii exanimis, et ante exanimis nationem damnationis protulit sententiam. Adde Saullem suà hae temeraria jejuni sanctione multorum perjuriorum fuisse causam: e Ela igitur, inquit, numerum commissa e perfuria. Temeratum est primum Saulis juramentum à filio; secundum rursus, et tertium ipsius Saulis de filii caele. Et visus est e populus verè jurasse: sed si quis diligenter e rem examinet, et hi rursus omnes perjuri e criminibus obnoxii facti sunt. Ipsius enim e Jonathae patrem pejenare coegerunt, patri e filium non desentes: vides quot homines, e tum volentes, tum invitò perjurio obnoxios e unum fecit juramentum, quot mala molitum e est, quot caedes poterit? Verùm S. Ambr., S. Hieron., Abulens., Cajetan., Sallianus, Scriverius et alii hoc juramentum Saulis ut religiosum laudant, et sacrificio Abrahæ volentis suum filium Isaac immolare comparant. Fuit enim profectum ex magno offensi Dei placandi studio et zelo. Fuit tamen inaequum. Nam primum, Jonathas comedens mel contra sanctiorem patris, nullam admisit culpam, quia sanctionem ignorabat. Ergo justè occidi non poterat, utpote immunis à culpa et innocens. Neque silentium Dei arguebat culpam esse in Jonathâ, sed alias ob causas, quas recensui, coarctant. Secundo, etiam si Jonathas sanctionem patris scrivisset, tamen transgressio ejus erat levis et exilis, utpote gustus exigui mellis in gravi vel extrema necessitate famis; idque sine gravi scandalo: quare ipse hoc gusiatum non mereretur mortem. Tertio, loci dixerunt Jonatham mortaliter in hac comestione peccasse, tamen adhuc melius erat peccanti parcere, quam eum ut reum punire et occidere. Erat enim Jonathas miles fortissimus, qui causa victorie parte existerat. Erat filius regis, illi in regnum successurus. Erat regis indole

VERS. 41. — SI IN ME, AUT IN JONATHA FILIO MEO EST INIQUITAS HÆC, DA OSTENSIONEM (1); AUT SI HÆC INIQUITAS EST IN POPOLO TUO, DA SANCTITATEM. Hæc in codice hebreo non sunt. Hæc honesta videtur petitio, quasi sibi ac filio nihil optet rex clemens ac mite, populo verò nihil precetur durum, sed tantum ut sanctitatem dei populo, id est, ut illi ignoscatur, aut viam ostendat quæ expiari, id est, sanctificari possit. Quid verò de se atque filio suo statuat preceturque, satis ostendit, dum dicit, si soror Jonatham sceleris coarguat et damnet, illi absque ullâ retractatione fore moriendum, quibus sibi ipsi eripit temperandi supplere facultatem; cui supplicio se ipsum similiter addidisse videri potuit, si quid admisisse convincatur, propter quod divinum silet oraculum. Sed fortassè de suo supplicio non cogitabat, quia ex eo tempore, quo responsum à Domino proxime acceperat, nihil videbat à se commissum esse, cur timeret, atque ideò audacter non solum de reliquâ multitudine, sed etiam de se ac filio Jonatham sortes consulat (2).

et moribus; quare longè utilior et penè necessaria erat ejus vita toti Israeli, quam mors ad sancendam disciplinam militarem. Unde juramentum hoc Saulis de occidendo non obligabat, quia vergebat in deteriorem partem, ac in nocentium damnunumque grave totius regni. Quocirca merito populus Sauli regi contradixit, nec permisit Jonatham occidi, illic tandem Saul assensus est. (Corn. à Lap.)

AN QUON NELLIS CONTRADIXIT EI DE POPOLO, sive obsequio in regem, sive quòd nunquam putaverint, ea quæ à Jonathâ gesta fuerant, indignationem Numinis provocasse. Specimen hic novum exhibet Saul animi nimis temerè sese jurejurando obstringentis; et populus suo silentio probat ea omnia quæ rex pronuntiat atque ad pronuntiatam ab ipso legem subeundam se obstringit. Hinc nuncupatum à rege sacramentum commune universo populo reddidit. (Calmet.)

VERS. 40. — EGO CUR JONATHAM FILIO MEO ERGO IN PARTE ALTERA. Saul privilegio juris eximere se et filium suum poterat à discriminatæ sortis. Cautio enim ab ipso lata ut abstinerent à cibo non nisi exercitum obligabat. Subjici se communi legi voluit, sive in exemplum ceterorum, sive zeli excessus. (Calmet.)

(1) VERS. 41. — DOMINE DEUS ISRAEL, DA INDICTIONEM. Hebraeus ad litteram: *Da puritatem*, vel integritatem. Exere hic æquivalent judiciorum tuorum; scilicet ut distinguamus omnia, sine favore et acceptione personarum, sententiam ab insondi. Alliet: Pande nobis quis sit innocens, sive que tu sit sanctitas. Septuaginta legisse videntur thammim pro thammim; immunitatem, consultum fuisse Erim et Thammim. (Calmet.)

(2) VERS. 42. — CAPTUS EST JONATHAS. Punire Deus voluit Saullem, temerè nuncupati sacramentum reum, permissum ut Jonathas, insondi licet, presentissimum vite discrimen subiret.

VERS. 43. — GUSTANS GUSTAVI IN SUMMITATE VIRGÆ, QUÆ ERAT IN MANU MEA, PAULUM MELLIS: ET ECCE MORIOR (1). Denuntiat filio pater ineluctabilem moriendi necessitatem, quam non recusat optimis et ingenius filius, ne pater juramentum temerè, quod neque sancti, ut vidimus, neque prudenter interposuit. Quod item fecit filia Jeplite, quæ mortem constanter oppetit, ne pater conceptum stultè votum violaret. Interim tamen suam innocentiam probat; de ignoratione nihil hic Scriptura commemorat oppositum à Jonathâ, licet non sit verisimile illud fuisse omissum, in quo spectabatur maxime eriminis depulso, et cause defensio; sed tantum culpam aut depellit, aut elevat à tenuitate materiæ. Primum, quia paulum mellis erat, quod gustavit, quantum nimirum virga fastigio adhaerere potuit, quam gestabat in manu; deinde quia ideò nihil de contentione ac celeritate remisit insequendi hostes, quos in fugam impulerat, cum neque manum demiserit, seque ipsam inflexerat ad sumendum mel, sed tantum in ipso cursu virgam extenderit, quod sine ullo celeritatis impedimento fieri potuit. *Et ecce, morior*, id est, mortis judicior reus, aut morti destinor. Quo modo quæ jam proxima sunt, ut fiant, pro factis censeantur, alibi à nobis sæpè notatum est: quo modo damnatus ad mortem, et qui jam animam agit, aut naufragus lectorem cum fluctibus, numeratur in mortuis. Sic, ut putavit Augustinus, Christus horâ diei tertiæ crucifixus dicitur, quia eâ horâ damnatus est ad mortem.

Documentum id datum est Sauli, ne temerè juraret, et populo, ne principis sui edicta contemneret. (Calmet.)

(1) Jonathæ animum verbaque explicat Josephus l. 6 Antiq. c. 7, scilicet, Jonatham id dixisse ex constanti et mortis contemptu: e Saul, inquit, jurat eum se occisurum, pluris e quam genus, aut naturam, aut affectus sustinetur, magno ac generoso animo se precebit. Nihil, inquam, deprecor, pater: liber ter enim hanc mortem fero, quæ te religione solvat; dum prius tam magnificam victoriam e videre contigit. Maximum enim mihi fuerit e solitum, Palestinorum insolentiam ab Hebraeis esse perdonitam. His omni multitudine e ad dolorem et miserationem flexa est, juque tantum non leturos se ut occidatur Jonathas auctor victoriar; atque ita eum diis e patris eripuit, et vota Deo pro favore facta e ciant, ut ipsum immanem à peccato faciat. Verùm solet Josephus suorum Hebraeorum gesta dictaque ornare et phalerare, ut ea Vespasiano et Romanis ad pompam ostendet. (Corn. à Lap.)

Hoc loco multi multa querunt, tum de innocentia Jonathæ, tum maxime de hie innocentia per sortes et per Deum, qui temperavit illas, condemnata; quæ de re nos aliquid diximus supra ad v. 24. Neque puto aliquid aliud erit necessarium, ut nihil injustum hoc loco quisquam inveniat. Addam tamen quid apud alios inveniri observatione non indignum, quia saltem ad mores opportunum est.

Quidam aliquid in Jonathâ peccatum agnoscunt, atque adeò morte non indignum putant. Cajetan duplex in Jonathâ peccatum reprehendit, licet in gustato melle nullam inveniat culpam. Primum, quia auditò patris cum adjuratione atque execratione mandato, factum suum probavit; deinde quia vultus est, tante et non reclamante populo, mandatum illud imprudenter et temeritatis arguere. Est quidem hoc ad mores grave: neque enim subditi damnare superioris atque prælati consilia debet, sed potius ab omni vel suspitione, vel calumnia vindicare, quod viri spirituales in religione maxime commendant. Neque præterea viri religiosi, qui pro suo insulito crucem amant, ignominiam, et quiddam carni sanguinique contrarium, excusare debent objectas sibi culpæ, ad Christi imitationem, qui dum de se indigna multa et falsa à multis audiret, ipse tamen tacebat. Hæc tamen Cajetan solutio satis est infirma; neque enim hic alia causa adducitur, quam voluntas esse regium edictum gustato melle. Quòd si de peccatis aliis esset questio, quis dubitet in tantâ multitudine damnae proximis, urgente fame, regium edictum, et alia multò graviora admisisse flagitia?

Serarius ex aliorum, ut opinor, sententiâ, dicit aliquid in Jonathâ fuisse culpæ, cum aliquo modo, licet nihil audisset de edicto regio, ex aliorum tamen exemplo discedere poterat. Cum enim alii per saltum incederent manentem melle, neque ex omnibus vultus esse regium dasset, conjectare potuit aliquid à rege fuisse præceptum, quod illorum nemo auderet violare. Hæc ergo culpa fuit Jonathæ, non quævisse quid causa fuerit, cur ab omnibus mel sese spontè offerens foret illibatum. Sed sanè ratio non nimis premit Jonathæ innocentiam; nam primum non omnes ipse vidit, quia cum dux esset et acer, aut præibat omnes, aut inter primos gradiebatur. Deinde quia cum ipse nullò ante lucem esset egressus, ut incautos aggrederetur hostes, suspicari potuit reliquum exercitum, qui subsecutus est, curasè prius

corpore, neque in aciem prodidisse jejunum.

Aliam adducit causam Gregorius, sed omnino moralem, et in virgâ intinctâ melle rectorum, aut prædicatorem intelligit, qui ex prædicatione, aut correctione, quæ significatur in virgâ, laudem captant, quæ favorum suavitas umbrat. « Virgâ, inquit, quæ parvuli solent corripri, sermo correctionis potest aptè designari. Prædicatio ergo, et opus bonum virgæ et manus est. Quid est igitur virgæ extendere, et manum ad os eum melle revocare, nisi tam de prædicationis verbo quàm de studio boni operis vani favoris gustum recipere? Sed qui more electorum peccat, non virgâ, sed extremitate virgæ, mel levare dicitur; virgæ quippe et manum melle plenam ad os convertunt, qui e juxta veritatis vocem omnia opera sua faciunt, ut ab hominibus videantur. » Et statim: « Quid ergo est hæc virgæ extremitas, nisi quia plerumque et Dominum glorificare in suo opere quidam volunt, et apparere ipsi laudabiles non refugium? » (1)

(1) VERS. 44. — MORTE MORIERIS, JONATHA. Duo sunt hic animadversione dignissima. 1^o Obsequium veterum erga sacramentum religionem, et fides præstandis promissis nullâ mitigatione seu interpretatione. 2^o Cæcitas et perveritas Saulis, damnantis Jonatham tantâ judicii festinatione, quantâ nuncupaverat sacramentum, repantisque, plurimum se honori Numinis et religioni daturum, si filium suum interficeret. Rei utique gravitas poscebatur, ut Dominus iterum consuleretur, utrum filius morte damnandus esset. Id egerat Jonathas, quod nullam intulerat criminis culpam: silentium Domini et sortium eventus tantæ res non erant, ut eum morte dignum probarent. Si Saul perspicacior fuisset mente, et animo demissior, collegisset utique, Dei furorom in se potius quàm in Jonatham exarsisse. (Calmet.) Accusat S. Chrys. hom. 14, citatâ, Saulem, quasi parricidam: excusant Abulens., Serarius et alii, ut religiosum Abrahæ imitatorem, qui filium morti pro justitiâ et disciplinâ militari sciendicâ deoverit. (Corn. à Lap.)

Saul lui dit: Que Dieu me traite avec toute sa sévérité, si vous ne m'avez très-certainement aujourd'hui. On voit dans Saul un grand exemple de l'égarment de l'esprit humain, depuis qu'il est sorti une fois de l'ordre de Dieu, et qu'il se conduit par son caprice et sa fantaisie. Ce prince fait une ordonnance qui est même déraisonnable, comme les saints nous en assurent, et il la fait sans en avoir consulté personne. Jonathas son fils vient de faire l'action du monde la plus glorieuse. Dieu avait visiblement combattu par lui, et la délaite de toute l'armée était due uniquement à sa piété et à son courage. Néanmoins, parce que ce jeune prince touché du bout de la canne qu'il tient à la main, un peu de miel qu'il trouve, et qu'il le porte à sa bouche, sans savoir que le roi son père eût

VERS. 45. — VIVIT DOMINUS, SI CEDIDERIT CAPILLIS DE CAPITIS EUS IN TERRAM. Tulit populus molestè decretum illud regium, cum capitale indixisset supplicium illi qui ad illustrem illam victoriam et hostilem cladem aditum apernisset. Quocirca regio juramento publicum ipse juramentum opponit, juratque nunquam se commissurum, ut quidquam inferatur mali illi à quo compressi sunt Palestinorum spiritus, et confirmati Hebræorum animi, et ad quivis audendum excitati. Hic duo nobis observanda: alterum est, si, idem interdum valere, quod non; Malach. c. 1: Si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, id est, neque placebit, neque suscipiet. Isaïa 22: Si dimittit iniquitas hæc vobis, donec moriamini. Ps. 88: Se mel juravi in sancto meo, si David mentiar. Jer. 38: Vivit Dominus, si occidero te, hic, opinor, aliquid subauditur execratorum, ut in aliis sæpè jurisjurandi fornis.

Alterum est, capillum, proverbiali specie sumi non infre, ater, ut hoc loco, ad significandum aliquem ab omni prorsus incommodo futurum immunem; est enim pilus, seu capillus, ut apparet, res vilissima. Sic Christus Lucae c. 21: Capillus de capite vestro non peribit, et Act. c. 27, v. 54: Nullius vestrum capillus de capite peribit. Dan. 5, 94: Et capillus capitis eorum non esset adustus.

défendu à toute l'armée de prendre rien jusqu'à son soir. Saul veut qu'il meure sans remission, comme s'il avait commis le plus grand de tous les crimes. Il croit que Jonathas, ayant agi contre son ordre, mérite la mort, quoique cet ordre lui fut inconnu; et lorsque le prophète lui commande de la part de Dieu de l'attendre, afin de n'agir que par ses ordres, nous avons vu qu'il a fait tout le contraire, et qu'il a cru même cette faute peu considérable. Mais nous allons voir dans la suite que celui qui veut paraître si religieux à garder un serment qu'il avait fait avec une légèreté indiscrette, ne le sera nullement à garder un ordre exprès qu'il avait reçu de Dieu par la bouche de son prophète. Ainsi il faut nécessairement qu'un grand orgueil lui ait aveuglé l'esprit, pour être capable d'une conduite si cruelle et si peu raisonnable. Il veut que la mort soit la peine du violement apparent d'une ordonnance qu'il a faite, qui était injuste, et il viole lui-même l'ordre exprès que Dieu lui a donné qui était très-juste. Il sauve le roi des Amalécites ennemis de Dieu, contre le commandement formel qu'il a reçu de le perdre, et sur un violement imaginaire d'une vaine protestation qu'il avait faite, il condamne cruellement à la mort son propre fils chéri de Dieu, et en faveur duquel il venait de faire un miracle presque incroyable, qui avait comblé de gloire ce jeune prince, et qui avait donné au peuple de Dieu la victoire sur ses ennemis. (Sacy.)

Ad extremum addo quibusdam videri consuetudinem illam dimitendi vinetum unum in die festo, juxta quam poscente populo dimissus est à Pilato Barrabâs, ex hac Jonathæ historiâ exordium habuisse. Ut enim Jonathas jam morte à parente damnatus, contendente populo liberatus fuit, quod omnis deinde probavit laudavitque posteritas, sic etiam eidem populo propter pium illum strenuamque conatum concessum est, ut ad illius preces et votum quotannis ad festum diem Paschæ solveretur victus, quem unum ex omnibus elegisset. Ita putat Origenes tract. 55 in Mathæum, Theophylactus in c. 25 Lucae. Uterque antiquum esse dicit in Judæorum gente consuetudinem illam.

QUIA CUM DEO OPERATUS EST HODIE. Quidquid exitum habet secundum, maximè cum aliquid apparet in illo, quo assequi aut nequit, aut non solet humana facultas, id tribunt Deo viri prudentes et pii; quale fuit ab uno Jonathâ cum armigero turbatas esse atque fugatas hostiles acies. Atque ideò optimè conjectavit populus, cum Deo operatum esse Jonatham, id est, duce, atque auspice, atque favente. Unde etiam conjectabat prudenter, ab illo sperari posse exitum in posterum felices, cum tam habuisset militiæ rudimenta secunda.

Chaldæus aliter interpretatur hunc locum, et aliam adducit causam, cur dignus Jonathas existimetur veni, quia ex Jonathæ ipsius confessione, aut ex verbis, quæ paulò ante responderat his qui ipsi regium obtulerunt mandatum, constabat ignarum fuisse talis mandati, atque ideò iniquum videri, exigi ab illo tam injustum ac crudele supplicium. Quoniam, inquit, coram Deo manifestum est, quod per ignorantiam fecerit hodiè.

Prudentius in Psychomachia, in pugnâ luxuriae et sobrietatis peccasse dicit Jonatham, et licet subobscurè, peccatum ortum esse indicat ex nimia confidentiâ, quia cum se filium videret esse regis, et regni hæredem, licere sibi existimavit, quod aliis fuerat interdictum; quare allectus favorum suavitatis, quorum in saltu magnam videbat esse copiam, contempto parentis edicto, de melle gustavit: quem tamen cum facti postea pœniteret, veniam obtinuit. Sed reverè multa hic dicit Prudentius, quæ ex Scripturâ sacrâ sumere non potuit, nisi aliter verba interpretare Prudentii, quod certè durum est. Sic autem ille:

Pœnituit Jonatham jejunia sobria dulci

S. S. IX.

Conviosâse suo sumpto, mellique sapore Hæc! malè gustato, regni diùm blanda voluptas Oblectat juvenem, juratque sacra resolvit. Sed quia pœnituit, nec sors lacrymabilis illa est, Nec tinxit patrius sententia xama securus.

In Scripturâ nullam legimus Jonathæ penitentiam, sed tantum populi precibus et conspiciant studio à morte fuisse liberatum. Minus mihi displicet, quod tradit Josephus, licet coniectet potius quàm sumat ex historiâ sacrâ: « Jonathas, inquit, nec præsentii quidem periculo territus, magno ac generoso animo se præbuit. Nihil, inquit, deprecor, pater; « libenter enim hanc mortem fero, quæ te religione solvat, dum prius tam magnificam « victoriam videre contigit. Maximum enim « mihi fuerit solatium Palestinorum insolentiam ab Hebræis esse perdomitam. » Hæc Josephus, non quidem aliena à Jonathæ constantiâ; nescio tamen an ab historiciâ fide.

VERS. 46. — RECESSITQUE SAUL NEC PERSECUTUS EST PHILISTIMUM. Conjectavi Saül, et qui illi tunc à consiliis aderant, offensum esse Deum, cum nullum dederat ad interrogata responsum; neque irato Deo ex usu futurum esse judicabat quidquam tentare prostris inaspiciam, maximè in re bellicâ, ubi si quid peccatum fuerit, gravissimè sunt rerum inclinationes. Quare statui non esse progrediendum ulterius, neque invito Deo persequi oportere, quod reliquum erat victoriæ.

VERS. 47. — ET SAUL CONFIRMATO REGNO SUPER ISRAEL, PUGNABAT PER CIRCEITUM ADVERSUS OMNES INIMICOS EUS (1). Hæc videri confirmata.

(1) RECES SOBA. Regio Soba in Scripturâ sub nomine Aram-Soba, Syriæ bellicæ, noscitur: occurrebatur ad septentrionem Terræ sanctæ, Emath magnæ proxima. Adarezer rex Soba bellum gerebat cum rege Emath; et reges Rohob, Damasci et Machec fedus cum rege Soba adversus Davidem composuerunt. Regio Soba aris dives erat, cuius metalli plurimum retulit David post victum Adarezerum. Ibi vero situs perhibet Scriptura Bete et Beroth, de quibus in libris Regum, et Thabath et Chun, de quibus in Paralipomenis; in eodem etiam tractu jacet Aphec. Hæc omnia in eam nos persuasionem inducunt, Syriam Soba continuisse portionem Cæle-Syriæ, ejusque alteram partem Rohob occupasse. Porro Rohob multo prior erat meridici et propinquier Chanaanidum, quam ad septentrionem definitur urbis et regio Rohob; et Aram-Soba longius excurrerat, Emath vel Emesam versus. Urbs Chun, de qua in Paralipomenis, eadem est apertissime cum Canna in Itinerario Antonini, in viâ à Damasco ad Emesam, et inter Eleutheropolim ac Laodicæam, æquis intervalis, ab utraque scilicet

tum fuit Saulis imperium, et Hebræorum animi ad bellorum pondus alacriores redditi. Cum jam igitur copiosum haberet exercitum, illumque ad pugnandum ardentem et alacrem, vicinos hostes, qui rem Israeliticam aut affligebant, aut turbabant, submovendos atque subjugandos statuit; quod illius consilium probavit et promovit Deus; quæcumque enim se in partem dabat, præclaram ex hoste victoriam referebat. Cum autem hostes essent vicini, et promptas haberet copias, non fuit difficile brevi spatio, semestri puta aut annuo, tot bella conficere. Quare leve est, iudicio meo, argumentum, quod quidam sumunt ex hoc loco, ut probeant, Saulis regnum fuisse diuturnum. Quod argumentum supra à nobis infirmatum est. (4)

urbe 52,000 passibus. Aphec sita erat inter Heliopolim et Biblon, in montibus Libani. Fallitur Josephus immanissime, Syriam Soba constituisse in Stephene, trans Euphratem, in Mesopotamiâ. Arbitratur Cellarius, Syriam Soba in hoc tractu circa Euphratem jacuisse, contentamque in ejus sinu Palmynam; in quam sententiam ne descendamus, vetat ea quæ hæc usque disserimus. (Calmet.)

De quelque côté que Saül tournât ses armes, il en revenoit victorieux. Le gouvernement de Saül parait d'abord très-heureux. Il est toujours prêt à combattre les ennemis de Dieu; et de quelque côté qu'il aille, il retourne avec avantage. Mais comme son élection n'était point venue proprement de l'ordre de Dieu, qui n'avait fait en cela que condescendre comme par force à la volonté du peuple, et que c'est pour cette raison que Samuel a dit auparavant que c'étaient les Israélites qui l'avaient demandé et qui l'avaient choisi pour leur roi; ces commencements qui paraissent d'abord si avantageux ont eu une suite très-malheureuse. Ces succès même si pleins de gloire n'ont servi qu'à lui faire oublier Dieu, et à lui donner de hautes sentimens de lui-même. C'est de là qu'est née cette présomption secrète qui lui a obscurci l'esprit et gâté le cœur, et qui l'a fait tomber, sans qu'il s'en aperçût, dans cette désobéissance criminelle qui l'a perdu entièrement, et qui l'a rendu l'objet de la colère de Dieu. (Sacy.)

(1) Vers. 48. — PERCESSIT AMALEC. Belli hujus circumstantias in sequenti capite describitur legitimus.

Vers. 49. — FILII SAUL. Nihil hic de Isboseth, quod facile nimis juvenili adhuc esset aitate; neque hic recensentur nisi nomina filiorum, qui cum Saule in bellis hæc militaverunt.

JESUR, Abinadab appellatur in 4 Paralipomenon 8, 55. (Calmet.)

Vers. 50. — ET NOMEN UXORIS SAUL, ACHINOAM. Hæc erat primaria uxor et regina. Priorem hanc Saül habuit concubinam, id est, seculariarum uxorem, nomine Respha, ex qua genuit Armoni et Miphiboseth, 2 Reg. 21.

ABNER FILIUS NER PATRUELS SAUL. Erat ergo Cäs pater Saulis frater Ner patris Abner; ideò

Vers. 52. — QUÆCUMQUE VIDERAT SAUL VIDERI FORTEM ET APTEM AD PRELIUM, SOCIARAT EUM SIBI (4). Præclaram imperatoris consilium, quod etiam imperatores alii cum magno rebus bono et gloria secuti sunt. Ut enim timidi atque imbelles homines et ipsi quemque impedimento sunt, et aliorum debilitant animos, nervosque dissolvunt, sic contra qui strenui sunt, et ad omnem belli contentionem intrepidi, et ipsi rem promovent, et aliis ad rem præclare gerendam stimulos addunt et ardorem. Hinc Saül prima bella secunda gessit, brevique finitimos populos graviter olim infensos Hebræorum nomini subjugavit et fregit.

Hæc Gregorius mysticè, et ad mores accommodatè perbellè tractat, dum agit, quomodo qui repræsent ecclesiasticæ, sollicitè investigare debeant, quibus divini verbi prædicationem, id est, arma quibus præcipiè utitur Ecclesia, credere debeant. Sic igitur hoc loco Gregorius: « Sed quia non solum fortes, sed etiam aptos ad prælium sibi sociasse dicitur, cautos doctores in eligendis Christi militibus demonstrat. Fortes autem ad ferenda onera quidam sunt, non ad prælia exercenda, qui præliari de fortitudine sua dum nesciunt, nec quamquam possunt. Viri ergo fortes et ad prælium apti sunt, qui sciunt pugnare, et volunt. Per voluntatem quippe fortes sunt, et per scientiam apti ad præliandum. Et paulò post: « Qui ergo sunt fortes, et non apti, nisi quos videmus onera seculi fortiter ferre, et fortitudinem suam in servitium conditoris

que Saül elegit Abner patrem suum in principem militum. Porrò Cäs et Ner, ut ipse fratres, eundem habebant patrem, nomine Abiel, ut patet de Ner hoc loco, de Cäs verò cap. 1. (Corn. à Lap.)

(4) Aussitôt que Saül avoit reconnu un homme vaillant et propre à la guerre, il le prenoit auprès de lui. C'est là, selon saint Grégoire, l'un des principaux devoirs des ministres de Jésus-Christ, dont Saül étoit l'image. Ils doivent prendre auprès d'eux ceux qui sont capables de les soulager dans leurs fonctions divines, et sur la sagesse desquels ils puissent se reposer d'une partie de leurs soins. Mais, pour tirer de ces personnes l'avantage que l'on en doit attendre, il faut, dit ce saint pape, qu'ils aient en même temps et la science de la guerre et une volonté humble et forte pour bien combattre. C'est-à-dire qu'il faut que chacun d'eux ait, selon l'expression de saint Augustin, une piété dédaignée par la science, et une science animée par la piété. Scienter plus, et piæ scient. Ce sont là ceux qui peuvent combattre avec les premiers ministres de l'Eglise, que saint Chrysostôme appelle les généraux de l'armée de Jésus-Christ. (Sacy.)

« transferre nescire? Nam jugum hominum et magnos seculi labores fortiter ferunt, sed ad servitium Dei accedere velut infirmi pertimescunt. Quid ergo isti nisi fortes, et non apti sunt, qui seculi magna faciunt, et

CAPUT XV.

1. Et dixit Samuel ad Saül: Me misit Dominus ut ungerem te in regem super populum ejus Israel: nunc ergo audi vocem Domini.

2. Hæc dicit Dominus exercituum: Recensui quæcumque fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in viâ cum ascenderet de Ægypto.

3. Nunc ergo vade, et percutè Amalec, et demolire universa ejus: non parcas ei, et non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro usque ad mulierem, et parvulum atque lactentem, bovem et ovem, camelum et asinum.

4. Præcepit itaque Saül populo, et recensuit eos quasi agnos: ducenta millia peditum et decem millia virorum Juda.

5. Cumque venisset Saül usque ad civitatem Amalec, tetendit insidias in torrente.

6. Dixitque Saül Cinæo: Abite, recedite, atque descendite ab Amalec, ne forte involvam te cum eo: tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israeli cum ascenderent de Ægypto. Et recessit Cinæos de medio Amalec.

7. Percussitque Saül Amalec, ab Hevila donec venias ad Sur, quæ est è regione Ægypti.

8. Et apprehendit Agag, regem Amalec, vivum: omne autem vulgus interfecit in ore gladii.

9. Et pepercit Saül et populus Agag, et optimis gregebis ovium et armentorum, et vestibus et arietibus, et universis quæ pulchra erant, nec voluerunt perdere ea: quidquid verò vile fuit et reprobum, hoc demoliti sunt.

« Christ agere levia et blanda non possunt? Sapè etiam in monasteriis convertuntur, et qui seculi onera fortiter tolerant, in parvis quæ agunt, quasi inter magnos labores succedunt. » Vide liquet.

CHAPITRE XV.

1. Après cela, Samuel vint dire à Saül: Vous savez que c'est le Seigneur qui m'a envoyé pour vous sacrer roi sur son peuple d'Israël. Ecoutez donc ce qu'il vous commande:

2. Or, voici ce que dit le Seigneur des armées: J'ai rappelé en ma mémoire tout ce qu'Amalec a fait autrefois à Israël, et de quelle sorte il s'opposa à lui dans son chemin, lorsqu'il sortait de l'Égypte.

3. C'est pourquoi je veux que vous exécutiez maintenant l'arrêt que je prononçai alors contre lui. Marchez contre Amalec; taillez en pièces et détruisez tout ce qui est à lui; ne lui pardonnez point; ne désirez rien de ce qui lui appartient, mais tuez tout, depuis l'homme jusqu'à la femme, jusqu'aux petits enfans, et ceux qui sont encore à la mamelle, jusqu'aux bœufs, aux brebis, aux chameaux et aux ânes.

4. Saül donna donc ses ordres au peuple; et il en fit le dénombrement comme le berger compte les agneaux. Il s'en trouva deux cent mille hommes de pied, plus dix mille hommes de la tribu de Juda.

5. Il marcha ensuite jusqu'à la ville capitale d'Amalec. Il dressa des embuscades le long du torrent qui passe dans la vallée prochaine.

6. Il dit aux Cinéens, descendants de Jéthro, beau-père de Moïse, lesquels, étant voisins des Amalécites, s'étaient mêlés avec eux: Allez, retirez-vous; séparez-vous des Amalécites, de peur que je ne vous enveloppe avec eux; car vous avez usé de miséricorde envers tous les enfans d'Israël, lorsqu'ils revenaient de l'Égypte. Les Cinéens se retirèrent donc du milieu des Amalécites.

7. Et Saül tailla en pièces les Amalécites, depuis Hevila jusqu'à Sur, qui est vis-à-vis de l'Égypte.

8. Il prit vif Agag, roi des Amalécites, et fit passer tout le peuple au fil de l'épée.

9. Mais Saül, avec le peuple, épargna Agag; il réserva ce qu'il y avait de meilleur dans les troupeaux de brebis et de bœufs, dans les bœufiers, dans les meubles et les habits, et généralement tout ce qui était de plus beau; et préférant leur intérêt à l'ordre de Dieu, ils ne voulurent point le perdre; mais ils tuèrent un dé-